

1099

*Pedro I, rey de Aragón y de Navarra, dona la villa de Quicena a Montearagón.*

In nomine Sancte et Individue Trinitatis in secula regnantis. Hec est carta donacionis quam ego facio Petrus Sancii Dei gratia rex pro anima patris mei et pro remissione peccatorum meorum ecclesie Ihesu Nazareni de Montearaon (*sic*). Cum priuilegium quod pater meus, cui sit requies, fecit prefate ecclesie in quibusdam transgressus fui, scilicet quia oscensem mezkitam atque medietatem decimarum eiusdem ciuitatis quam pater meus predictae ecclesie dederat oscensi episcopo dedi in cambio pro quarta parte decimarum Monte Aragon quam episcopali iure episcopus ibi possidebat, timens ne propter hoc peccatum incurrere dono prefate ecclesie uillam que dicitur Kezena cum hominibus terminis suis atque directaticis que ad eam pertinent et quos abebat illa die qua Fortunio Arioli eam pro me tenebat, preter illud quod pater meus dedit ibi ipsi Fortunio Ariol cum carta et preter illud quod comitissa ibi possedit et quod nunc sanctimoniales Sancte Crucis possident et preter III campos quos Garcia Enneconis ibi abet pro cambio illius hereditatis quam abuit in Monteson per illud quosque quod ecclesia Sancti Ihoannis de Monteson ibi abet, scilicet illud quod fuit de Zaualachem Iben Caxales. Hanc autem donacionem superius scriptam confirmo et dono predictae ecclesie ut possideat eam iure hereditario per secula cuncta.

*(Signo de Pedro I en caracteres árabes).*

Facta carta era T CXXXVIIª. Regnante Domino Nostro Ihesu Christo et sub eius imperio ego nanque Petrus Sancii, Dei gratia regnante me in Aragone uel Pampilona et in Superarui et Ripa Curcia. Episcopus Petus in

Osca. Alius episcopus Petrus in Erunia. Et dominus Poncius episcopus in Rota. Adefonsus frater meus in Biele. Comes Sancio Sangiz in Erro. Senior Galindo Sangiz in [Funes et in Arguedas. Senior Lope Lopez in Unumcastellum. Senior Enneco Fortuniones in]<sup>141</sup> Sancta Maria de Uxua et in Anniesse. Senior Fortunio Lopez in Aguero. Alio Fortunio Lopez in Luar. Senior Lope Garcez in Aierue. Senior Forti Hortiz et Garcia Enneconis merino in Osca. Senior Fortunio Acenarz et Senior Enneco Galindez et Senior Garcia Eximinones in Alkezar. Don Calbet in Auizanlla et in Oce. Senior don Petro in Boltania. Senior Remon Galindo in Stata et Statiella. Senior Eximino Garcez in Monteson. Senior Fortunio Date in Calasanz. Don Pere Betran et don Pere Arremon de Lis in Almanara.

Ego autem Sancius sub iussione domini mei regis hanc cartam scripsi et hoc signum (*signo*) feci.

*AHN. Clero. Montearagón. Carp. 622, n.º 6.*

*Publica Antonio Ubieto, Colección diplomática de Pedro I..., doc. 77, pp. 318-319.*